

INDEX

- Orange, district of (*Aravisionensis, Aravsum districtus*)
III 453 IV 306
the Orient IV 290-92
Orkney Islands (*Orcadum Insulae*) I 209
Orléans (*Aurelia*) I xvii IV 148 149 150 151 298 329
Orléans, forest of (*Aurelianensis sylva*) IV 276
Orléans, island IV 24
Orléans, palais de III 211
Orso, v. Ursem
Osnabrück I 5 II 56
Ostende I 161
Othonia, v. Odense
Oude Tonge (*Overthon*) II 105
Overijssel (*Transisulania*) I 5 210
Oxford (*Oxonium*) I viii xvi 209 213 III 24 25-32
- Pacific Ocean (*mare australe*) IV 83
Padova (*Patavium*) I xviii 138 142 154 II 29 163 228 III 326 384
Paderborn I 215
Pamplona I 162
Pantheon (*Hadriani templum*) I 192
Papengraft II 34
Pariacaca, mountain in Peru IV 17
Paris I viii xvi xvii xxx xxxvii 121 139 149 158 160 162 199
II 15 152 164 229 III 79-88 326 IV 39 III-IV passim.
Paris, siege of III 81
Parkin I 193
Parthia I 50
Patakiun (*Patakinum Sarosiense*), v. Sárospatak
Patmos island II 108
Pavia, battle of III 13 94
Peloponnesus, v. Morea
Pelusium, v. Damiata
Perecop (Or) IV 48
Péronne I 160
Persia II 100 158 284 III 370 IV 144
Peru III 248 IV 12-15 17-20 30 62
Pesaro I xviii
Pharsalus I 50
Philipsburg I 160
Picardy I 160 IV 283
Pico, mountain in Teneriffa IV 30 201
Picbus, Franciscan monastery III 105
Pictaviun, v. Poitou
Piedmont IV 285
Pignerole I xvii
Pila mons III 247
Pinneberg I 2
Pisa I xviii
Pistoja I xviii
Pitterstein III 106
Podigram, Dutch village II 208

PLACE NAMES

Poitou (Pictavium) III 30 IV 154 249 296
 Poland I 149 II 48 108 III 49 102 167 231 263 265 282 426
 IV 48 99 142
 Pomerania II 16
 Pont-à-Mousson (Mussipons) I 195
 Pontesée, village IV 157 158
 Pontgibaud (Gibaldus pons) III 247
 Porcetanae thermae, v. Bourcet
 Porci, gold-mine in Peru IV 20
 Portugal (Lusitania) I xix II 103 104 III 193 IV 16 280
 Potosi, city in Peru III 309 311 IV 14 15 18 20 21 22
 Prague I xxxi 131
 Praly valley (Pragelato) I xvii IV 334
 Pressburg II 108
 Provence III 192 279 477
 Prussia I xix
 Purmerend I 192 216 II 64 286
 Pyrenees mountains III 176 197 198 466 IV 28 247 295
 Quebec IV 23
 Quito IV 14

 Raetian Alps III 247
 Rapenburg II 34 289
 Red Sea (mare rubrum) IV 18
 Regensburg (Ratisbonum) I 37
 Rennes III 429 IV 149 161
 Rendsburg I 2 3 7 11
 Rheims I 160
 Rheinberg (Rinsburgum, Rhenoberca, Rensbergum) I 108 214 228
 233 II 206
 Rhene, town I 197 II 208
 Rhesus, Rhetia, v. Rheydt
 Rheydt (Rhesus, Rhetia) II 183 202 207
 Rhine river I xviii 99 196 197 228 II 30 31 179 201 202 206
 207 208 287 III 56 IV 83
 Rhine, lower, province II 197
 Rhineland II 286 297
 Rhodus III 212
 Rhône river I xvii IV 254 331 332
 Rhuromund II 201
 Ribe I xv xxii xxvii xlivi
 Richelieu, palace IV 154
 Richelieu, town I xvii IV 155 157
 Riel (Ryel) I 4
 Rijswijk I 108 II 295
 Rimini I xviii
 Ringsted I 1 7
 Rio negro IV 22
 Roche IV 243
 Rochester III 16
 Rome I xiv xviii xxxviii xlvi 138 140 159 160 216 II 10 163 III
 72 190 202 283 291 297 412 IV 58 149 281 314 331

tude to older science was stamped by Bayle's *Dictionnaire*, shows the scepticism of the enlightened 18th century towards Borch and his contemporaries fumbling in the incalculable raw material of an unborn science. No better is it that Borch was a typical polyhistor, whose official chair at Copenhagen University comprised such widely differing disciplines as philology, botany and chemistry.

Present-day historians of knowledge must put behind them both the enlightenment of the 18th century and the scholarly criticism of the 19th century, considering them as stages that are done with. The new aspects now brought to light, by the Warburg Institute, for example, must teach us to consider art, culture and science as one insoluble, cohesive whole. Modern science has deep roots in the past. Steno, Huygens, Newton, Boyle and Rømer did not solve problems purely by means of sudden, genial intuition. Innumerable experiments and mistakes had been made beforehand - both their own and those of others - and here Borch with his journal takes an important position. Borch conscientiously recorded everything that he saw and experienced in contemporary Leiden, Amsterdam, London, Oxford and Paris. Nothing was too much, nothing too little for his busy pen.

Borch's journal takes the form of three small quarto volumes totalling 664 closely written pages. These volumes are now in the Royal Library in Copenhagen and obviously they were not unknown to earlier Danish and Nordic historians. Already Hans Gram (1685-1748) made some extracts from them, and these made it possible in the present publication to fill out in part the two lacunae in manuscript volume 2 (fol. 143-144 and 157-158). (Cf. the textual remarks to II, 71 and 296).

A detailed survey of the entire contents of the three volumes is found, in Danish, in E.F. Koch's doctoral thesis from 1866 "Oluf Borch. En literair-biografisk Undersøgelse" (Oluf Borch. A literary and biographical study). This is a worthy but not particularly penetrating pioneer work serving to record and expand the picture of Borch the Dane, the significant university

teacher and founder of Borch's College - the place where, incidentally, Koch prepared his thesis. However, Koch was a student of theology and largely ignored the actual scientific material, any use of this has been long in coming. In 1909 a young chemist Jens Rosenkjær, likewise an inmate of Borch's College, applied to the Carlsberg Foundation for funds to study the history of chemistry. Rosenkjær's special objective was Borch's journal, but he shelved his plans when his career took a different turn.

The older Danish history of medicine was essentially based on printed sources. Quite naturally, Vilhelm Maar (1871-1940), the first to hold a chair of the history of medicine at Copenhagen University, paid primary attention to the old Danish physicians who had retained an international reputation - Nicolaus Steno and Thomas Bartholin - when renewing and expanding this historical discipline. As a result of Maar's publications and translations of some of the most important treatises of these scholars, the 1660's became the focus of Danish research in the history of medicine. A Danish "festschrift" was issued in 1926 to mark the 300th anniversary of the birth of Borch in 1626. This included a comprehensive bibliography of Borch's writings. Maar contributed an attempt to solve the biographical problems concerning Borch's residence in Florence in 1665 - a period of time that is, unfortunately, not included in the journal that comes to an end when Borch left Paris in the summer of 1665. As late as in 1975 it appeared, however, that Vilhelm Maar had had further plans for a re-evaluation of Borch's significance for science when the Royal Library was given an entirely handwritten transcript of Borch's journal. This had been made exclusively by Vilhelm Maar and had, no doubt, been intended for publication. This enormous piece of work appeared at a time when preparations for the present edition of the journal were far advanced. The existence of Maar's manuscript does emphasize, however, the importance ascribed to the journal by an eminent Danish scholar.

Initiative was taken next by a Swede, Johan Nordström

noble household, the High Steward being renowned for his learning, courtesy and wisdom.

Thus, for five years, he enjoyed a courtly life, during which time Gersdorff had no reason to regret that he had summoned Borch, nor Borch that he had answered the summons. He did not lose sight of his plans for travel, however, and when Copenhagen was relieved from the Swedish siege, he obtained a Royal appointment to the University as professor in Philology, Poetry, Chemistry and Botany in 1660. He disputed for the chair and obtained leave of absence from his duties as tutor. "My dear Borch, your virtues have made your fortune in my house, I shall complete it on your return", were Gersdorff's farewell words to him.

Setting out on St. Martin's day in 1660 he directed his course towards the Netherlands, spending a little while in Hamburg, where he had discourse with Schuppius and the celebrated physicians Cassius and Michael Kirstein.

In the Netherlands, the flourishing towns and the multitude of learned scholars attracted his eyes and his mind. For two years he enjoyed being familiar with Linden, Sylvius, van Horne, Hornius, Gronovius, Vossius, Vorstius, Coccejus, Rumphius, Blasius, Barbettius, Origanus, Kekelius, Marcgravius and others, gathering from them the indispensable fruits of progress in knowledge and learning. The death of his best advocate, Joachim Gersdorff, was a fatal blow to him, and made him realize the frailness of the human condition, the transience and wantonness of our wishes and expectations. Soon, however, Borch had to pull himself together, friends of the deceased prevailing upon him to resume the tutelage of three of Gersdorff's orphan sons, whom he received into his lodgings to be guided towards virtues and honest discipline, which Borch faithfully did, to the best of their future high position. First he spent a year conducting their studies before taking them through Flanders and Brabant to London. During a month there he won the favour of Swan, whose influence gave the young Gersdorffs access to the Royal Court in June 1663. Borch himself forged friendships with Kenelm Digby, Chancellor to the Queen Mother, and with Robert Boyle, Charleton, Moseler, Poleman and others. At Oxford he conversed with Dr. Willis, Wallis, Edmund Dickinson and Robert Sharroch. Travelling through the counties of Gloucester, Bristol, Wells, Salisbury and Canterbury he took note of anything concerning the arts and the secrets of nature.

Towards the end of August, they travelled to France, inspecting Dieppe and Rouen before settling in Paris, the city whose considerable population furnished examples of virtue rewarded to encourage the young Gersdorffs in their honest ambitions, and, likewise, of depravity punished to deter them from vice. Borch himself was content to stay there for two years in the company of erudite, experienced men with a thirst for knowledge, discussing problems with renowned

scholars such as Dr. Hubert Mommord, Royal Librarian, Dr. Gobelín, President of the Parisian Parliament, Dr. Bourde-lot, Thévenot, Patin, Auzotius, Justell, Boucaud, Martell, de l'Oberie, Borellus, Tamponettius and several others.

At length, when the guardians of the young Gersdorffs had summoned them home to Denmark for family reasons, Borch was so much relieved of other duties that he could continue his zealous pursuit of the goal at which he aimed. When travelling to the towns of Orleans, Blois, Richelieu, Tours and Saumur on the Loire, he was, at Angers, examined in the medical arts by those holding the medical offices there, and awarded the degree of M.D. by Tournesius. Passing La Flèche and Mans he returned to Paris where he remained briefly while making ready to go to Italy.

In Lyon, situated between the rivers Saone and Rhône, he was detained for some time by his friendship with l'Amo-nière, Bertetti, Businasius, Schalaeus and Vilettius. At Grenoble he was kindly received by Dr. Boissy Salvagne, the Parliament Treasurer, and Visancourt. He passed the great Carthusian monastery in the Alps, the fortress of Mommelia-num in Savoy, Annecy, famous for the consecration of Francis of Sales, and came to Geneva. Following the Rhône to Vienne, he conversed with Baron de Villeneuf (of the ancient, still extant family to which belonged Arnold of Villeneuf), who was far from inexperienced in chemistry himself. Borch visited Tarascon and Nîmes (where he had fruitful discourse with M. Guiram, Royal councillor and a connoisseur of Roman antiquities). Reaching Montpellier, that ancient residence of Medicine not yet bereft of Machaon's glory, he was impressed by the abundant courtesy and able knowledge of sacred philosophy imparted to him by M. Beauxhostes and others. Having seen Arles, Aix-en-Provence, and Marseille, he crossed the Maritime Alps, formerly trodden by Hercules, then, entering the Praly valley, the home of the Waldenses, he came to the province of Pignerole and a little later to Turin in Italy, where he was heartily welcomed by Marchio Pianezza, Prime minister to the Duke of Savoy. With the chief physician of Turin he had a friendly dispute about the true structure of the heart and the recently discovered salivary ducts. He won fame within the whole court circle, being invited to private colloquy with Marchio de Caraglie, Marchio de S. Amian and others. He was taken to see all that was noteworthy in the town, especially the vast work of Pirro Ligorio and the Isiac table, so highly estimated by Pignorio. At Milan, his best experience was the kindness and profound knowledge of secret matters revealed to him by the eminent scholar Manfredi Settala, not to forget the amenities of the famous Ambrosian Library and the courtesy of Terzaghi and Domenico de Lerma, the Spanish commander general. Inspecting the fortress of the Lombardian kings at Ticino, he could not help admiring the still preserved Northern character of the town, especially its numerous towers. At Bologna

Borchard Cnipping. Vera lavs sciri fugit, ipse pulcher se suâ Titan prohibit videri Luce: qvi totus potuit latere major habetur.

Præterit mutas bene cymba ripas; qvæ simul rvcis strepuere saxis, In latus cavitam sapiens memento avertere proram.

Virga virens Zephýris, nervo curvabitur arcus, Igne chalýbs, adamas sangvine, corde Deus.

Transeundum sýmb:

Ducherus. Amicitia pares semper avt facit, avt accipit.

Minut. fel: in Octav:

Tambonneau. Si vis tibi omnia subjicere, te subjice rationi, omnia reges, si te ratio rexerit.

Sen:

Joh. Meinhard Docemius. Tempus, vitam, animam, numerosqve impendimus avlis
Hei mihi! pro meritis præmia qvanta manent?
Avla dedit nobis rescripta notata papýro,
Et sine mente sonos, et sine corde manus.

in Anti-camerâ Ferdinandi,
in fenestrâ adamante sculpta.

Delautrige. Fortuna Evripus. Innumerabiles esse morbos miraris? coqvos numera. Senec.

Paix et peu.

Rothausen. Temnere mundum, temnere nullum, temnere se se, Temnere se temni; qvattuor ista beant.

Knopæus. Ante obitum felix nemo, nec ante miser.

Lacaze. Qvàm feliciter eqvitat, qvem gratia Dei portat.

Th. a Kempis.

30. Avgust: adfuit mihi ... Scotus, qvi inter alia narravit 4 Academias esse in Scottiâ, sed ex iis Edinburgensem et Andreopolitanam esse nobiliores, in Academiis Scottiæ rara esse exer-

30.VIII.1661.

citia Medica, tantum prælegi Institutiones, Anatomica videri nulla, Philosophiam a. præsertim Scotti ubique regnare, nè av- disse qvidem se in Hiberniâ ullum esse Medicum quantivis pretij, Scotos et Anglos ibi maxime dominari, incolas pæne ejectos, qvod sint omnes catholici, Angliam jam et Hiberniam admisisse Epi- scopos, Scotiam nondum, qvod nobiles ibi sint pæne omnes pres- bbyteriani, nec patiantur Episcopos ut privatos homines supra se assurgere, hinc maximam causam fuisse istius belli, Regem n. introducere voluisse ubique Episcopos, parliamentum contra nole- bat, hinc di- (66^a) sputabat primò Parliamentum verbis, non con- tra personam Regis, sed contra ejus mentem, mox disputatum est gladiis, nondum notum esse quicquam capite truncaverit Regem, Marchionem de Argeile fuisse magnum amicum presbyterianorum, fuisse prudentissimum virum, imo in iudicio aliquando planè confudisse Regium iuridicum contra se disputantem, qvòd Crom- wellianos tecto excepisset, et naviculis iuvisset, cum alia de- monstrari non possent, multatum capite, fuisse ipsum havd dubie consciū si non auctorem cædis Montrosij (qui ipso vidente Edin- burgi decapitatus est) sed tamen sententiæ ultimæ non subscrip- sissem; Cromwellum (juvabant et alij Angli) singulis annis exuli Regi misisse 4000 imperiales cum epistolâ suppresso nomine, ut et aliis mos erat, hinc Regem cogitasse ab amico hæc sibi mitti, adeoque in literis rescripsisse ipsi omnia sua secreta, Cromwel- lum etiam corrupisse quendam ministrum Regis, ut sibi eius ar- cana revelaret, jam postquam Rex Episcopos introduxit securus semper est de 24 votis in concilio, quia tot episcopi sunt qui ab ejus sententiâ numquam recedunt; Archiepiscopos etiam supra Duces tenere locum, proximum à filiis Regiis. Willisium, Boyle et 6 alios Oxonij in privato collegio laborare strenue, Boyleum ob continuos labores chemicos pæne oculis captum esse. Quatuor esse lingvas in vicinis Angliae, Anglicam, qua etiam politiores Scotti utuntur, Wallicam, Scoticam, qua rustici Scotti utuntur, et qua multi antiqui libri scripti sunt qui a sola intelliguntur plebe, et denique lingvam insularum Orcadum; Butlerum vixisse in Anglia, havd dubiè Cantabrigiæ, fuisse etiam ibi Professorem.

3.-5.IX.1661.

Leiden. A doctor's banquet. Merian's lamp etc.


Rudnicio, hinc ejus conviva fui cum D. Schrödero, Goclenio,
Schrötzmeiero, Odero, Janichio, Polono etc:

Bavdij extempore carmen ad socios Lipsium et Dousam:

Lipsius est Atheus, furibundus Dousa Poeta,
Neuter amat verâ religione Deum.

4. Apud D. Joachimum Merianum in patriam abitum, cuj cum
aliqvid de excipiendo spiritu vini postqvam arsisset semel, com-
municassem, hunc modum perpetui ignis ab eodem spiritu videbatur
sibi videre:

3. Vpt: Oppositi publice, diftincte pro gradu P. Christiano Rudnicio, nunc eis
conviva ghi us D. Schrödero, Goclenio, Schrötzmeiero, Odero, Janichio, Polono etc;
Bavdij extempore carmen ad socios Lipsij ex Dousam: Lipsij & Atheg. fu-
ribundus, Dousa Poeta, Neuter amat verâ religione Deum.
+ Apud D. Joachim Merianum in patria abitum, cui & alijs de excipiendo
spiritu vini prout arsisset semel, communicassent huc modi ge-recti ignis
de eisd spicula ficit sibi videtur:



a. Et vas cupreum cinerib. plenum, cuj phiala inest. bb. alembicus; c. lampadis lacuna, in qvam sp. vini ex rostro d. destil-
lat.

A. est vas cupreum cinerib. plenum, cuj phiala inest. bb. alembi-
cus; c. lampadis lacuna, in qvam sp. vini ex rostro d. destil-
lat.

Multa tamen hic obstant, cur res non procedat.

(67^a) Narratum à Dn. Jager esse in viciniâ Insulam, inqve eâ
fontem, qvi prout accedit receditqve mare, ita impletur atqve
inanitur, manente tamen aqvâ illâ dulci, argumento, ut putabat,
certo aqvam marinam percolatione dulcescere.

5. Narravit D. Schaderiac distare Burdigalam patriam suam
Parisiis levcis 150, i.e. 8 dierum itinere, plebejos omnes apud

Leiden. Schaderiac ab. Bordeaux. Gottwald ab. England. 5.IX.1661.

se intelligere lingvam gallicam, qvod illa usurpetur in concionib. sed longè aliter loqvi, sc: Gvasconicè fere, nec posse ab aliis intelligi, esse Burdigalam amplitudine proximam Leidæ, sed longe freqventiorem populis, parlamentum ibi esse constans ex Pontif: et Reformatis, præsidem eius qvotannis mutari, assessores ad triennium manere, esse in illa urbe ICtos vel 300, et pæne in singulis familiis esse litigia cum aliis, etiam ob levissimas cawsas, ob 3 flor: suos i.e. thal: Imp: (qvia ibi thal: imper: est stuferorum 60, igitur stuferi leviores) cum impendant sæpe in unam litem vel flor: 3000.

Visitavi Dn. Gottwaldum Febricitantem, narravit Glissonium senem fassum esse se jam oblitum latinæ lingvæ, Willisium esse profess: Oxon: et novum librum meditari, Warthonum nondum esse quadragenarium, etiam fugere colloquia peregrinorum, Charletonem aliquanto reliqvis humaniorem, se apud qvendam Med: Londini fuisse, qvi obstetricanti manu puereras expedit, idque se vidisse, illum certo pressu laterum et ventris expedite illas juvare. Visos sibi Dantisci multos obsessos et in illis præcipue pharmacopœum qvi variis lingvis expedite loqvebatur, cum ante hoc malum nunquam eas avdisset; visum sibi Argentorati genium fæminæ habitu mero meridie in ædib. civis inambulante, vestes ei fuisse instar Argentoratensium mulierum, nihil se in illâ potuisse deprehendere alienum ab homine vero, cum se abscondebat, solebat scalas ingredi, non loqvebatur unquam, nulli noxam attulit, visa infinitis aliis. Idem pæne visum sibi Dantisci in domo Reformati cujusdam, genium illum, puerum Evangelium de divite Epulone recitantem die solis, cum ad supplicium epulonis veniret, miserum præcipitasse extra ianuam ea vi, ut miser puellus aliquot horis exanimis jaceret. Ostendit nobis literas quasdam Cantabrigiæ, ut referebatur, à Dæmone scriptas, referebant quodammodo literas Runicas.

Visitavi D. Erlandum, narravit D. Noldium forsan Profess: Franeqveræ futurum fuisse, nisi in leg. Dist: invictus esset in Theologos, Maresium, Voetium, Coccejum etc: a Lassow à D.G. Rosenkr: promissum (ob 2000 thal: ipsi mutuo à parente data) ut ad nobilitatis honorem eveheretur.

visum caput unum naturale duplex ex bove et platyrincho compositum, bubulae parti sui generis cornu affixum, alteri a. suj generis. Visa et imago ejus cervini cornu qvod invenitur in Galliis dans le chateau Damboize, la quelle a unze pieds de hauteur, et neuf de largeur, et cinq et demij de space entre les deux branches. In illa porticu avdita nobis echo 4 syllabas distinctè reddens. In cubili Reginæ lectus à 4 spondarum culminibus exornatus textu plumarum, parietes avlæis Antwerpiensibus novis. In aliâ porticu visæ imagines ædificiorum rariorū Regis Hispaniarum, ut *Escurial*, in cuius areâ repræsentabatur pugna eqvitum cum tauris etc: In dresser Kamer Reginæ 4 magna avlæa 4 elementa repræsentantia. In triclinio dicto *Paradiis camer*, ubi Rex captivus vixerat, imago passionis, ni fallor, ex sericis filis artificiosè elaborata. In cubiculo Regis visa lecti avlæa à Mariâ Scotiæ Reginâ jam captivâ elaborata. In alio visa imago Caroli I, qualis erat cum Oxonij viveret ad incitas redactus, eaque miserationem merito spectantibus excitans, tam lacrymabilis erat. Visa lecti et sedilium stragula ab Ord. Belg: Gen. Regi Carolo oblata, eaque pretiosissima et acu picta; ubique januis inscriptum *Dieu et mon Droit*. In horto egregiè spatio visa grandis et æqua planities, reserto nuper foeno, commoda ludentibus, item fons egregius ex marmore. Ad hortum locus, ex quo venationes spectare licuit, qvòd vivarium Regium Hamptoncourtio immineret.

Vindesoræ noctem exegimus; visum ibi templum egregium (cujus tectum, id qvod ferè hīc ubique contingit, spectare non licuit, qvod planum esset et pinnæ extantes id prohiberent, neque v. Hamptoncurtij tectum ullum spectatum) visa in eo monumenta Comitis de Roland, Comitis de Lincoln, Edoardi 4ti clathris ferreis artificiosissimè munitum. In choro sepultus Carolus I, sed nullum hactenus ei erectum monumentum. Ibidem vexilla 24 pendebant Eqvitum Avrææ periscelidis, in quibus et Principis nostri, creantur eqvites in eodem templo; simul ac quis eqves obit, ejus insigne et vexillum avfertur. Vivebant in eo castello 18 nobiles Regiarum partium, à Cromvellio ad paupertatem redacti, numerabantur singulis quotannis 40 libræ; alioquin solent ibi susten-

tari eqvites periscelidis, si qvâ ratione ad pavperiem redigantur. In triclinio, ubi Eqvites hi convivio excipiuntur, sella erat, cuj dum creantur, insidere solent. Visum castellum ipsum grande, in medio castello est et aliud castellum in colle edito situm, ibi pulvis pŷrius et arma reconduntur. In castello ab Elisabethâ magnam partem condito duo minuta cubicula visa, in qvibus simul duo Reges captivi vixerant Galliæ et Scotiæ. Arx totâ in montanis sita, Princeps Robertus eripere Parlamento intenderat obsessor, sed amissis pæne 24000 militibus recessit re infectâ, nec aliâ ratione facile capitur qvam vel cuniculis, vel fame.

Hospitium nobis in civitatula, sub insigne crucis rubræ.

(11) 4 Jun: per pagum Nettelbet Oxonium L. D. perventum. Hospitium int' goude Kruÿs, post in Catstreet apud Mistresse Lichfielde, proximè Universitatj. In viâ visi nobis montes ex margâ, unde inqvilini calcem excoqvunt, inter margam plurimi inventi silices, qvidam eorum mediâ parte exteriore adhuc marga, unde facile colligitur silices processu temporis ex marga generari. Credibile ergo in margâ multum sulphuris, ut in silice latere. Rx ergo margam, incoqve diu Mercurium, visurus an figatur, vel extrahe ex margâ sulphur ol. sal: tartari.

In viâ visæ ubiqve spinæ flore luteo instar genistæ; agri hinc inde luto herbâ et glasto ad colores consiti. In vicinis Oxoniæ scandix visa inter segetes, cýperus triangularis, dipsacus ad vias, carduus cruciatus, consolida major fl. albo. In collegio Corporis Christi visa taxus magnitudine grandis querens, degustarat fructum Mag: Parrÿ, dulcem esse fatebatur, et sine noxâ comedì. Londini visus vir herniâ laborans amplissimâ, ut credibile sit omnia pæne intestina illuc descendisse, cutis mentulæ in consensum scroti raptæ vix vestigium mentulæ ostendebat, venæ vastæ, tumentes, lividæ, ita 16 annos vixerat.

Visa Oxonij munimenta jam destructa; visum Collegium Christi, in qvo Rex vixerat obsesus, maximum in urbe, visum Collegium Universitatis ab Alfredo Rege sacro conditum ante annos nongentos. Avdita concio in templo Divæ Mariæ, visi habitus Doctorum.

June 1663.

Oxford. Dixon's Laboratory. P. Sthal visited.

stensum nobis ol: Saturni crassum, viscosum pellucidum, sed qvod vix per alembicum transierat. 5. Item alia mistura ex ol: Martis et ol: Veneris simul junctis. 6. putavit Dixon omnia in metallicis profutura ex mineris destillanda esse, non metallis, ignem expertis. Esse in Angliâ antimonium cum qvovis Ungarico comparandum. Aliâs apud ipsum maximus apparatus vitrorum furnorumqve.

Visitavi Dn. Petrum Sthael, ex cuius discursu et inspectione laboratorij hæc excepta: 1. Ex sale comm: per se sine additione destillando 7 integris vvxθημέροις elicit spiritum bene olen tem, eadem operatione pulvis qvidam ruber etiam in recipiens ascen dit, creditum illi, esse sulphur salis communis. Nuper cum salem comm: in crucibulo liqvefecisset aliquot horis, coepit ambram redolere, et fumum avreum emittere. 2. De Bois, illustris ille Chym: per Card: Richelium suspensus, ipsi cognitus fuit, verus ipsi artifex creditur fuisse, et suum opus elaborasse, non qvi dem ex ipsâ minerâ Saturni, sed albo saxo (spathum vocant) mi neræ adhærente, narravitqve se ex eo corpore salem albissimum extraxisse. 3. In bibliothecâ Bodleianâ ostendit mihi philÿram MSS Riplæi variis figuris Chemicis insignitam, vel 5 ulnas longam, in capite hæc exstabant:

Est lapis occultus secreto fonte sepultus,
Fermentum variat lapidem, qvi cuncta colorat.

Dedit Riplæus licet Monachus pavperibus qvotannis ad 100000 librarum Sterlin: Flamellus etiam Parisiis liberalissimus fuisse perhibetur, locupletavit ille Eleemosynarium Parisiense (l' grand Hopital chez Nostre Dame) ita, ut singulis annis 4 millions in redditibus numeret, præter varia templa et monasteria condita et ditata. 4. Destillavit ille ex margâ Anglicâ spiritum, sed deprehendit meliorem esse, qvi ex terrâ pingvi, nigrâ prope Glocestriam inventâ elicitor; Esse et in loco qvodam, Martin Champ dicto, 16 milliar: à Diepen, 2 milliar: à Niew Castell, terram qvandam nigram, gravem, metallicam, unde optimæ ollæ, imò et curbitæ per totam Galliam conficiantur. 5. Creditum sibi Du Bois qvoqve elicuisse ex dictâ minerâ, sev potius mineræ Saturni appendicibus salem sapore dulcissimum. 6. In veteri Abbatia prope

Oxonium erutis nuper ruderibus inventam phialam hermeticè sigillatam, in qvâ nil inventum præter Mercurium vivum et frusta qvædam coralij rubri, forsan hæc deposita esse ab hominibus superstitioni deditis (NB. hinc colligitur Mercurium vel 100 annis sub terrâ in vitro relictum naturam suam non exuere) 7. In templo Westmonasteriensi è muro (ubi vixerat Lullius) erutos duos globos, alterum pulv: rubro, alterum albo plenos, utrumque foecundè tinxisse. Visam sibi rosam nobilem avream cum inscriptione Regis Jacobi, et rosâ singulari additâ, illam credi sibi a Fratr: Ros: + elaboratam, ex eo hominum genere multos vivere hodie in Anglia. 8. Rx sp. vitrioli philosoph: (i.e. qvi in confectione Mercurij vivi copiosè cernitur) evapora ad fortem acrimoniam, in hoc solve Solem, cohoba, transibit tandem per alemb: in formam striarum albarum, egregium pharmacum, qvo præsentि morti magnum virum eripuit. Modus aliis nobilissimus: Rx Solis q.v. cum ana sal: comm: decrepiti agitando calcina 6 horis, hinc salēm aqvâ ablue, Solem solve in aqva ex viridi æris, nitro et ammoniaco factâ, cohoba ter, abstrahe, post aqvam simplicem aliquoties infunde, et tingetur colore rubicundissimo, hac tincturâ narrat curatum esse desperatum cancrum. Modus adhuc nobilior: Rx Solis q.v. cum Mercurii ana vel plus, effumet inde Mercurius post amalgamationem idqve in testulâ, vel cucurbita ut Mercurius ad usum conservetur alium, hinc obscure candens aurum exstingve in sp. aceti opt: exime, cum novo Mercurio iterum misce, iterum effumet, et reliqua priora repetantur, id toties, donec totus Sol abierit in liqvorem in sp. illo aceti, fieri et absolvi hoc opus potest 14 diebus, seqve ita fecisse, sed tum singulis diebus vel 6ies repetendam restinctionem dictam. Hic sp. si post destilletur, in fundo invenies salem niveum, dulcem sapore, qvi si per cucurbitam minorem destillet, licet accuratè obtures omnia, laboratorium odore gratissimo repletum iri, ascensurumqve primò fumum album, hinc oleum grave et rubicundum, verum ol: Solis, qvod nunquam in Solem reverti possit; remanere in fundo cucurbitæ reliquias cinerei coloris. Ita qvoqve Lunam redi irreducibilem. 9. Domini de Willis modus sol- (13) vendi Martem

et sulphur non ipsi visus est multis lavdibus dignus, atqve ita fieri: Rx Martem candefac, restingve in aqvâ s̄epius, qvam coagula, videbis Martis pulverem in fundo, sed qvi vix iterum decimâ sui parte solvit in aqvâ, idcirco se præferre vitriolum Martis, qvod et efficax est et in omni liqvore facile dissolvitur.

10. Rx Martem, in crocum diu reverbera, præsertim elevabitur in spongiæ morem superficies superior Martis, eritqve ruberrima, hanc coqve, donec in oleum et salem transeat, qvo cev particula- ri usum tradit Gallum qvendam. Rx sulphur comm: et longo igne per se fige, constabit fixum in omni igne, sic idem se in Mercurio observasse, orificio vasis non nisi chartâ obturato.

11. Ex nitro ammoniaci et silicibus fieri menstruum, qvod Solem per alembicum elevat.

12. Rx salem, vitriolum virid: æris et ammoniacum f. inde aqva, qvæ Solem, Lunam, et Mercurium simul solvit sine ullius præcipitatione.

13. Rx Salem, vitriolum, et alum: f. inde aqva fortis, in qvâ immissus antimonii pulvis statim candidus præcipitatur, supernatante vero et inflammabili anti- monii sulphure.

14. ova, q.v. coqve ad duritiem, abstrahe vitel- lum, reliqum destilla in cucurbita fortiter, nancisceris spi- ritum, ol: sal: conjunge, in qvo coqve Mercurium, præcipitabitur in pulv: mediocriter fixum.


15. Rx antimonium, sublima per 4 vasa sublimatoria, in trib. superioribus erunt flores colorati, in infimo obscurè grisei, qvi si diu cum ol: sal: tartari fri- centur, in Mercurium abeunt, ut se ait expertum. Qvinimò credit omnes flores metall: longo frictu cum ol: sal: tartari Mercurium suum exhibituros, et hoc Anabaptistæ Medioburgensi cognitum fu-isse.

16. Rx nitrum Gall: (qvod ex saxis in Poictu eruitur) de- stilla inde spiritum, reliqum sc: sal fixum manebit in cucur- bita, funde et transibit in vitrum rubicundissimum, qvod junge cum spiritu suo, solvet Solem facillimè. Reliqum ordinarium nitrum si destilletur, una libra dat uncias XIV spiritus, vix tantillum salis fixi.

17. Nullum præsentius remedium esse con- tra calculum, qvam tartarus, si ejus sal volatile cohobetur in oleum. Colvius tamen experientiâ doctus narravit gummi Arabicum in vino solutum ipsos solidos in vesicâ calculos aggredi, et in

crustulas tenuatos excutere. 18. Reg: Veneris loco Reguli Martis assumptus Jovem reddet Lunæ similem. 19. Rx croc: Martis subtiliss. funde longo igne cum vitro Saturni, et tinget qvodvis vitrum colore rubicundissimo. 20. In ol: vitrioli 7 dierum continuato labore facto si solvatur Luna et cohobetur, tandem per alembicum transit. 21. Sthalij BM. fuit in furno peculiari, longum ibi ahenum aqvâ et foeno refertum, incumbebat asser tribus foraminibus, per qvæ exstabant totidem bociæ, pertusus, clavsa omnia circum stupâ. 22. Rx alb. ovor. calc. viv: et min: egregium est lutum, item caseus valet. 23. Ferrei circuli in crassis vitris rumpendis convenientes, imprimis si quietissimè interea teneantur; tuta est qvoqve ruptura per funiculum incendiarium (Lunte) impactâ priùs malleo rimâ super impositum in vitro lignum teres, sed funiculus semper, ut accensus inflammetur, afflans erit ore, vel commodius, æolipilâ. 24. Ut sulphur semper arderet in crucibulo, dum ol: sulphuris per campan: fit, recipit ollam parvam figlinam, cujus orificio agglutinat minorem ollam, vel crucibulum, in qvo sulphur fusum et ardens, subtus per factum foramen imponuntur carbones, sunt et alia minuta ostiola, ut carbones ventulum recipient. Ut a. ex librâ j sulphuris accipias unciam j ol: sulphuris, Rx cucurbitam, cuj culum avfer, huic suppone sulphur justâ distantiâ, ardeat, superius foramen maneat apertum. Vel fiat longa campana ex argilla vitreatâ, cuj superius turricula adhæreat aliqvid foraminata, deo condiget. Credit hoc olei longa cohobatione laminis Lunæ imprimere aliqd Oli. Si cucurbita interius qz canaliculo parata sit, ut solent de alembi-


fit, recipit aliq parvus figlinus, cuj orificio agglutinat minoris ollæ, ut hæc in quoq; fæso ad ardore, subto fæso foramen impingat carbonis, sunt et alia minuta opio fæso, ut carbones ventulæ recipiant. Ut an ecclsiæ recipias, 3j ol: qz ha cœur bitz, qz culi aufer huic suppone et ipsa distantiâ, ardeat, hæc foramen maneat aptæ. Vel fiat longa campana ex argilla vitreatâ, qz hæc turricula adhæreat aliqvis pista foraminata, deo condiget. Credit hoc olei longa cohobatione laminis Lunæ imprimere aliqd Oli. Si cucurbita interius qz canaliculo parata sit, ut solent de alembi-



continget. Creditur hoc oleum longâ cohobatione laminis Lunæ imprimere aliqvid Solis. Si cucurbita interius cum canaliculo parata sit, ut solent esse alembici, commodior erit operatio. 25. Furnus ejus fusorius ex lateribus, sed quasi Glavberianus, ita ut duæ in eo cameræ deprehenderentur. Si supra crucibulum

June, 1663.

in campanâ suspendas vas cum aqvâ, videndum anne inde ascenden-
tes vapores possint aliquid fumi sulphuris in oleum densare, ut
plus largiatur. Sulphur non dat oleum, nisi ardeat. Si retortæ
tubulatæ indas per vices sulphur, vel potius alembico tubulato,
et inferiora interea incandescant, magnâ copiâ flores sulphuris
recipies. 26. Rx terram quamvis bonam subnigram, urge per cucur-
bitam, et ol: atque sal volatile recipies. 27. Luna fixa sic
fit: Rx aqvam fortem ex sale, vitriolo, et æragine factam, solve
in eâ Martem, cohoba diu, et tandem videbis totum liqvorem eru-
bescere, hinc Rx Lunam in aqvâ forti solutam et edulcoratam,
eique immitte, in quoque diu, eritque Luna fixa, funde. NB. sig-
num Lunæ fixæ est, quando afflictæ lapidi lÿdio eius structura
aqvâ forti non eluitur, sed velut cuprea evadit. Hæc Luna fixa
si imponatur aqvæ forti 24 horis (quod secretum erat Moriani)
transire creditur in Solem. Aliud ad idem. Rx aqvæ fortis q.v.
affunde calci vivæ ex cretâ sive margâ factæ (deficiente margâ
creta uratur et usurpetur) inde sæpe destilla et cohoba, tandem
ad siccum destilla, siccum corpus relinqve in cellâ, fluat in o-
leum, in quo laminæ Lunæ creduntur fixæ futuræ. 28. Rx. Rotgül-
denertz, diaphanam instar rubini, et solius Lunæ feracem ad unci-
as VI, tere in mortario vitro adde Lunæ cupellatæ semunciam, li-
matæque, M. in vitro, coque leniter 14 diebus, hinc (14) sensim for-
tius, donec inferiora nigrescant, superiora instar nivis albi-
cent; hanc nivem collige, infunde Soli et Sol vitrificabitur,
hoc vitrum infunde Lunæ, ingredietur instar ceræ, cum fructu.
29. Rx silic: calcina, clavde vitro conico inverso ne quid re-
spiret, medio meridie creditur per externa vitri stillaturas
esse guttas aqvæ rubicundas, visum Middelburgi. It: Rx cucurb:
vitr: statue ad latus in procerâ arbore, vel loco edito, et
singulis noctibus creditur in se receptura pintam unam aqvæ
subflavæ. 30. Lampas continuo ardens per 32 dies sine infusione
olei sic fit: fiat ex cupro canalis 2 pedes longus, medium di-
gitum crassus, ad cuius alteram extremitatem reflexam apponatur
lagena inversa cum oleo, relicto tantillo in lagenâ orificio,
ad ventilationem aëris, ad alteram applicetur pelvis minuta ex



pumice 4 existantibus in eâ capitulis, pro totidem candelis si opus, in inferiori pelvis parte sit parvum foramen, respondens foramini lagenæ dictæ, ut oleum per illum sugatur, accendatur capitulum j vel plura si libet, ita ut vix pumex videatur interea madidus. Oleum sit olivarum, cujus pinta una 6 horis inco-
qvatur aquæ claræ, et qvicqvid sive acidi, sive aqvei, sive ex-
crementitij adest, in aquam abibit, hinc cavitè oleum ab aquâ
decantetur, et radiis solis ad dies 8 exponatur, erit instar ru-
bicundi vini, nec ullam fuliginem excitabit ardendo, nec fistu-
lam æneam viridi tinget colore. Ol: comm: ita præparata facile
omnium aromatum et gummatum odores in se recipit, ut quasi exi-
stimaret esse vere oleum aromaticum. 31. Visus Sthalio qui vi-
tro, in quo Mercurius, pulvisculum velut argenteum immitteret
cum muriâ cinerum, coqueretqve in cineribus, secuta intumescen-
tia Mercurii, instar spongiæ, mox Mercurius exemptus in Lunam
transisse visus est. Creditum illum pulverem ex limat. Martis
et calce vivâ confectum. 32. Rx talc: opt: affunde aquæ forti
opt: extrahe omnem rubedinem iterato affusâ aquâ forti, donec
talcum in fundo sit instar nivis album (unde verum ol: talci
extrahi creditur) filtra colaturas, abstrahe ad mellaginem, qvam
trib. mensib. fove, ut figatur clavso hermeticè vase, post Rx
hanc mellaginem, sal comm: calcinat. ammoniaci et vitrioli, f.
stratum super stratum cum Luna, creditur ita terti in Solem. Rx
talc: Venet: calcina cum sale comm: sublima, ascendet pulvis
niveus, qui frictus diu digitis abit in Mercurium, idem contin-
gere Saturno. 33. Rx cap: mort: cinnabaris nativæ, statue in
aëre noto modo, et attrahet ex aëre alium et novum Mercurium.